UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXLIX. De sobrietate, quæ est specialiter circa potum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

tudo ſenſus circa intelligentiam, propter fumoſitates ciborum perturbãtes caput, ſicut econtrario abſtinentia confert ad ſapientiæ perceptionem, ſecundum illud Eccleſ. 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Secundò, quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi & potus, quaſi ſopito gubernaculo rationis. Et quantum ad hoc ponitur inepta lætitia: quia omnes aliæ inordinatæ paſſiones ad lætitiam, & triſtitiam ordinantur, vt dicitur in 2. Eth. *& hoc eſt, quod dicitur 2. Eſdræ 3. quòd vinum omnem mentem conuertit in ſecuritatem, & in iucunditatem. Tertiò, quantum ad inordinatum verbum: & ſic ponitur multiloquium, quia ut Gre. dicit in Paſtoral. * Niſi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie ſplendide dicitur, in lingua grauius non arderet. Quartò, quantum ad inordinatum actum: & ſic ponitur ſcurrilitas, ideſt, iocularitas quædam proueniens ex defectu rationis, quæ ſicut non poteſt cohibere uerba, ita non poteſt cohibere exteriores geſtus. Vnde ad Epheſ. 5. ſuper illud, Aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit gloſ. ꝙ a ſtultis ſcurrilitas dicitur, ideſt, iocularitas, quæ riſum mouere ſolet, quàmuis poſſit utrumque horum referri ad uerba, in quibus contingit peccare, uel ratione ſuperfluitatis, quod pertinet ad multiloquium: uel ratione inhoneſtatis quod pertinet ad ſcurrilitatem. Ex parte autem corporis ponitur immunditia, quæ poteſt attendi ſiue ſecundum inordinatam emiſſionem quarumcumque ſuperfluitatum, vel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis. Vnde ſuper illud ad Epheſ. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia &c. dicit gloſ. ideſt, incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo.

Lib. 4. cap. 9. tom. 5.

Parte 3. ca. 20. in prin.

F G H

Ad primum ergo dicendum, ꝙ lætitia, quæ eſt de actu peccati, uel fine, conſequitur omne peccatum, maxime quod procedit ex habitu: ſed lætitia vaga incompoſita, quæ hic dicitur inepta, præcipue oritur ex immoderata ſumptione cibi, uel potus. Similiter etiam dicendum, quòd hebetudo ſenſus quantum ad eligibilia, communiter inuenitur in omni peccato: ſed hebetudo ſenſus circa ſpeculabilia, maxime procedit ex gula, ratione iã dicta. *

In corp. ar.

I

Ad II. dicendum, ꝙ licet vtilis ſit võmitus poſt ſuperfluam comeſtionem, tamen uitioſum eſt, ꝙ aliquis huic neceſſitati ſe ſubdat per immoderantiam cibi, vel potus. Poteſt tamen abſque culpa, vomitus procurari ex conſilio medicinæ in remediũ alicuius languoris.

Ad III. dicendum, ꝙ ſcurrilitas procedit quidem ex actu gulæ, non autem ex actu luxuriæ, ſed ex eius voluntate: & ideo ad utrumque uitium poteſt pertinere.

¶ *Super Quæſtionis centeſimęquadrageſimęnonę. Articulum primum.*

In articu. 1. quæſt. 149. dubium ex Martino in eodem tractatu in quæſtione de ſobrietate occurrit. Arguit ſiquidem contra corpus huius articuli multiplici-

Quæstio CXLIX.

De ſobrietate, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de ſobrietate, & vitio oppoſito, ſcilicet ebrietate.

Et circa ſobrietatem quęruntur quatuor.

¶ Primò, Quæ ſit materia ſobrietatis.

¶ Scdò, Vtrũ ſit ſpecialis virtus.

¶ Tertiò, Vtrum uſus vini ſit licitus.

¶ Quartò. Quibus præcipue competat ſobrietas.

Articvlvs primvs.

Vtrum materia ſobrietatis ſit potus.

Ad primum ſic proceditur. Vr̃, ꝙ materia ſobrietatis non ſit potus. Dicitur enim ad Roman. 12. Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. ergo ſobrietas eſt circa ſapientiam, & non ſolum circa potum.

¶ 2 Præt. Sapien. 8. dicitur de Dei ſapientia, quòd ſobrietatem, & prudentiam docet, iuſtitiam, & uirtutem, ubi ſobrietatem ponit pro temperantia: ſed temperantia non ſolum eſt circa potus, ſed etiam circa cibos, & uenerea. ergo ſobrietas non eſt ſolum circa potus.

¶ 3 Præt. Nomen ſobrietatis a menſura ſumptum eſſe uidetur: ſed in omnibus, quæ ad nos pertinent, debemus menſuram ſeruare, ut dicitur ad Titum 2. Sobrie, & iuſte, & pie uiuamus in hoc ſæculo, ubi dicit gloſ. * Sobrie in nobis. & 1. ad Timoth. 2. dicitur, Mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & ſobrietate ornantes ſe, & ſic uidetur ſobrietas eſſe non ſolum in interioribus, ſed etiam in his quæ pertinent ad exteriorem habitum. non ergo propria materia ſobrietatis eſt potus.

Sed contra eſt, quod dici Eccleſ. 31. Aequa uita hominis, uinum in ſobrietate potatum.

Respon. Dicendũ, ꝙ uirtutes, quæ ab aliqua generali conditione uirtutis nominãtur, illam materiã ſibi ſpecialiter uẽdicãt, in qua difficillimum, & optimum eſt conditionem eius obſeruare: ſicut fortitudo, pericula mortis: & temperantia delectationes tactus. Nomen aũt ſobrietatis ſumitur a menſura. Dr̃ enim aliquis ſobrius, quaſi briam, ideſt, menſurã ſeruans: & iõ illam materiam ſpecialiter ſibi ſobrietas aſcribit, in qua maxime laudabile eſt menſuram ſeruare. Huiuſmodi aũt eſt potus inebriare ualens, quia eius uſus menſuratus multum cõfert, & modicus exceſſus multum lædit, quia impedit uſum rationis magis ẽt ꝙ exceſſus cibi. Vnde Eccl. 31. Sanitas eſt aĩæ & corporis ſobrius potus. Vinum multum potatũ irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Et ideo ſpecialiter

K

ſobrietas attenditur [d] circa potum, non quemcumque, ſed eũ, qui ſua fumoſitate natus eſt caput conturbare, ſicut vinum, & oẽ quod inebriare poteſt. Cõiter autem ſumendo nomen ſobrietatis põt in quacumq; materia dici, ſicut & ſupra dictũ eſt * de fortitudine, & temperantia.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ſicut vinum materiale inebriat corporaliter, ita etiã metaphorice conſideratio ſapientię dicitur potus inebriãs propter hoc, ꝙ ſua delectatione animum allicit ſecundum illud Pſal. 22. Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt: & ideo circa contemplationem ſapiẽtiæ per ſimilitudinem quandam ſobrietas dr̃.

Ad ii. dicendum, ꝙ omnia, quæ ad temperantiam proprie pertinẽt, neceſſaria ſunt præſenti vitæ, & eorum exceſſus nocet: & ideo in omnibus neceſſariũ eſt adhibere menſuram, quod pertinet ad officium ſobrietatis. Propter qđ nomine ſobrietatis temperãtia ſignificatur: ſed modicus exceſſus in potu plus nocet, quàm in alijs: & ideo ſobrietas ſpecialiter eſt circa potum.

Ad iii. dicẽdum, ꝙ quàmuis mẽſura in omnibus requiratur, non tñ ſobrietas proprie in omnibus dicitur, ſed in quibus mẽſura eſt maxime neceſſaria.

Articvlvs ii.

Vtrum ſobrietas ſit per ſe uirtus ſpecialis.

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ ſobrietas nõ ſit per ſe quædam ſpecialis uirtus. Abſtinẽtia enim attenditur & circa cibos, & potus: ſed circa cibos non eſt ſpecialiter aliqua ſpecialis virtus. ergo nec ſobrietas, quæ eſt circa potum, eſt aliqua ſpecialis uirtus.

¶ 2 Præt. Abſtinentia, & gula ſunt circa delectationes tactus, inquantum ſenſus eſt alimenti: ſed cibus & potus ſimul cedunt in alimentum: ſimul enim indiget animal nutriri humido, & ſicco. ergo ſobrietas, quæ eſt circa potũ, non eſt ſpecialis uirtus.

¶ 3 Præt. Sicut in his, quæ ad nutritionem pertinẽt, diſtinguitur cibus a potu, ita etiã diſtinguuntur diuerſa genera ciborum, & diuerſa genera potuum. Si ergo ſobrietas eſſet per ſe quædã ſpecialis uirtus, videt̃ ꝙ circa quamlibet differentiã potus, vel cibi, ſit quædã ſpecialis virtus, quod eſt inconueniens. non ergo vr̃ ꝙ ſobrietas ſit ſpecialis uirtus.

Sed contra eſt, quòd Macrobius* ponit ſobrietatem ſpecialem partem temperantiæ.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, * ad uirtutem moralẽ pertinet conſeruare bonum rationis contra ea, quibus poteſt impediri: & ideo ubi inuenitur ſpeciale impedimẽtum rationis, ibi neceſſe eſt eſſe ſpecialem uirtutem ad illud remouendum. Potus autem inebriãs habet ſpecialem rationem impediendi uſum rationis, inquantum ſcilicet perturbat cerebrũ ſua fumoſitate; & ideo ad remouendum hoc impedimẽtum rationis, requiritur ſpecialis uirtus, quæ eſt ſobrietas.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ cibus & potus communiter impedire poſſunt bonum rationis,

Li. 1. in ſomniũ Scipio. in fol. 2. ante med.

q. 136. ar. 1. & q. 141. art. 3. & q. 146. art. 2. & 1. 2. q. 65. ar. 2.

ſtantes ſibi ſpecialiter vendicat pro materia, quas difficillimum & optimum eſt temperare. Et non oportet deſcẽdere ad ſpecialiſsimam materiam, puta, potum, ſed ſat eſt materiam ſpecificã ſubalternam ſibi ſpecialiter vendicare. Nec ſecunda de iuſtitia, quia etiam iuſtitia adiuſtat, ſeu adæquat operationes ad alterũ vt materiã propriam, quas difficillimum, & optimum eſt ad ęqualitatem ducere, a qua iuſtitia dicitur. Nec demum tertia de prudentia, quoniam & ipſa rationis actus ꝓpriam materiam habet, quibus difficillimum, & optimum eſt vti ad procul uidendum, unde prudentia dicta eſt.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ author vſum loquentium ſupponit. Conſtat namque ꝙ ſobrietate proprie vtimur cum de potu loquimur, ſicut & ebrietate. Et ſuppoſito loquentium uſu, reddit rationem appropriationis ſatis ſufficientem, & ſolidã, vt patet ex iam diſcuſsis.

¶ In eodem artic. in reſponſione ad primum, Martinus occurrit ibidem, dicens ꝙ licet ſolutio iſta ſit bona, non eſt tamen expoſitio conueniens dicto Apoſtoli, Calix enim ſapientiæ inebrians eſt præclarus, ſapere tamen non ad ſobrietatem non eſt pręclarum, ſed vitioſum. Quia ergo in aſſecutione ſapientiæ ebrietas ẽ laudabilis, ideo non uidetur conuenienter aptata ꝑ Thomam ſimilitudo.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſolutio principalis, & expoſitio eſt optima, ſi recte intelligatur, & diſcernatur ad quid affertur. Nam ad nihil affertur niſi ad declarandum, quòd ſobrietas metaphorice locum habet in ſapientia. Per hoc enim ſatisfit authoritati Apoſtoli directe dicendo, quod ſobrietas ibi non proprie ſumitur, ſed metaphorice. Et quòd ſobrietas metaphorice in ſapientia inueniatur, manifeſtatur ex hoc, quòd etiam ebrietas metaphorice in illa inuenitur, iuxta illud, Calix meus inebrians &c. Impertinens eſt autem huic propoſito, an tam ebrietas, quàm ſobrietas ſapientiæ ſit laudabilis, quæ tamen temperantia arguens ingerit, & nihil obſtat propoſito.

¶ *Super Quæſtionis centeſimę quadrageſimanona Articulum ſecundum.*

IN artic. 2. eiuſdem q. aduerte primò, ꝙ Martinus imponit ob corruptum forte ſuum codicem, quòd author diuerſas de abſtinentia tenuerit opiniones, ita quòd ſuperius in q. 147. author diſtinxit abſtinentiam, & ſobrietatem penes cibum & potum: hic vero diſtinguit, quia abſtinentia eſt circa cibum & potum communiter: ſobrietas vero circa potum inebriare ualentem. Falſum ſiquidem manifeſte eſt, quòd primo dicit. Nam in principio q. 146. vbi diſtinguit partes ſubiectiuas temperantiæ, expreſſe diſtinguit iſtas, dicendo, Conſiderandum eſt de abſtinentia, quæ eſt circa cibos & potus: & de ſobrietate, q̃ eſt ſpecialiter circa potum. Eandem ergo ſententiam vtrobiq: tenuit author.

¶ In eodem art. dubium occurrit circa diſtinctionem ſobrietatis ab abſtinentia. Videtur enim ꝙ diſtinctio ſit ſuperflua, & nulla formaliter. Superflua quidem, quia ſola abſtinentia ſufficit ad tollendum impedimẽtum, quod rationi præſtare poteſt potus inebrians. non ergo præter abſtinentiam oportet ponere ſobrietatem. Probatur antecedens: quia abſtinens in omni potu ſeruat modum rationis. ergo etiam in potu inebriare potẽte. Nulla autem, quia nullum inuenitur diſtinctiuum formaliter: in litera ſi quidẽ aſſignatur pro diſtinctiuo ſpecialis ratio impediendi rationem. Et explicat in quo conſiſtit iſta ſpecialis ratio impediendi rationem, ſcilicet quia per viam fumoſitatis nat⁹ eſt potus inebriatiuus impedire, aut perturbare rationem. Sed hæc ratio aut non diſtinguit formaliter, aut ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ. Probatur, quia litera in reſponſione ad ſecundum dicit, quòd abſtinentia eſt circa cibos, & potus inquantum impediunt rationem. Tunc ſic, Impedire rationem, & impedire rationem per viam fumoſitatis, non conſtituunt diuerſas ſpecies, ſed potius quaſi genus, & ſpeciem, ſi diſtinguuntur formaliter. ergo vel ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ, vel non diſtinguuntur formaliter. Si dicatur ex litera in reſponſione ad primum, quòd non abſolute attribuitur abſtinentiæ, quòd ſit contra impedimenta rationis ex cibo & potu: ſed ſic, ſcilicet, per immoderantiam delectationis, ita quòd contra impedimenta rationis ex cibi & potus immoderata delectatione ponitur abſtinentia: contra impedimenta vero rationis ex potus inebriatiui fumoſitate, ponitur ſobrietas: Contra. Sobrietas eſt ſpecies temperantiæ, quã conſtat eſſe circa delectationes tactus. ergo ſobrietas eſt circa tale delectabile ſecundum tactum: alioquin non eſſet per ſe ſpecies temperantię, vt patet exercitatis in Metaphyſica. ergo ſobrietas eſt etiam contra impedimenta rationis ex potu delectabili. Et ſic ſequitur vt prius, ſ. quòd ſit ſpecies abſtinentiæ, aut non diſtinguatur ab ea formaliter, quorum vtrumque eſt contra authorem in reſponſione ad tertium, vtramque virtutem ſpecialiſſimam tenentem. Et per hæc videtur, ꝙ licet ebrietas ſit diſtinctũ uitium a gula, quia gula opponitur moderatæ delectationi cibi & potus, & ebrietas opponitur ſaluti rationis, non tamen ſobrietas diſtinguenda eſt ab abſtinentia, quia abſtinentia vtrũque ponit, ſcilicet & moderatam delectationem, & rationem expeditam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ad huius euidentiã ſciendum eſt, ꝙ bonum rõnis conſeruan- F
dum a moralib⁹ uirtutibus cõtra impetus paſsionũ eſt duplex,
ſ. rectitudo, & uſus. Vtrumq; ſiquidem per paſsiones impeditur.
Nam timor, & amor, delectatio, ira &c. rõnem a rectitudine fle-
ctunt, vt continue experimur. Et ſi fuerint vehemẽtes paſsiones,
qñque rationis uſum tollunt, ut patet de nimia triſtitia, & delectatione, & c. Circa vſum tamen rationis impediendum, quia pluribus modis poteſt impediri & culpabiliter & ſine culpa, ut patet cum impeditur per dormitionẽ, aduertendum eſt, ꝙ dupliciter paſsio poteſt impedire vſum rationis. Vno modo, ex ſua immoderãtia, ita quòd ipſa immoderatio paſsionis eſt ratiõ peccati, & tanto grauioris, quanto ꝑtingit vſque ad impediẽdũ rationis vſum. Et hoc modo impedire vſum rationis ad idem uitium ſpectat, ad quod ſpectat inordinatio illius paſsionis, v.g. ad timiditatẽ, ſi ex nimio timore ꝑdit quis uſum rationis, quoniã ad timiditatis uitiũ ſpectat immoderatio timoris. Et ſimiliter ad illammet uirtutem, a quã ſpectat ordinatio talis paſſionis, pertinet etiã conſeruare uſum rationis contra immoderantiam illius paſſionis. Verbi gratia, ad fortitudinem ſpectat conſeruare & rectitudinem, & uſum rationis contra immoderantiam timoris.

In corp. art.

Alio modo, paſsio poteſt impedire uſum rationis ex eo, quòd eſt ratio alicuius impedientis uſum rationis, ita quòd ex hoc primo paſsio habet rationem deformis, quia eſt ratio impedimenti vſus rõnis: & ſic impedire uſum rationis pertinet ad aliud uitium ab illo quod reſpicit immoderantiam illius paſsionis in ſeipſa. Et ſimiliter conſeruare bonum rationis in rectitudine, & uſu cõtra paſsionem, q̃ ex hoc deordinatur, ꝙ eſt ratio impedimenti uſus rationis, ſpectat ad moralem uirtutem aliam ab illa, quæ moderatur paſsionem illam in ſe. Quod anteq̃ probemus, manifeſtemus exemplis in propoſito. Ex delectabili potu cõtingit dupliciter rationis bonum lædi. Primo, quia delectatio potus eſt in ſe immoderata. Immoderata enim delectatio alimenti uel quantum ad quid, uel quantum, uel quale &c. eſt ratio peccati, & obliquat rõnem, & quãdoq; et abſorbet: & hoc ſpectat ad uitium gulæ. Conſeruare autem bonum rationis contra huiuſmodi immoderatam delectationem, ſpectat ad abſtinentiam. Secundo, quia delectatio, ut ratio potus fumoſi perturbatiui rationis vſus, eſt inordinata delectatio: ſiquidem potus ex hoc inordinat, & rectam rationem obliquat, & uſum rationis impedit, atque tollit ad tempus. Et ſpectat huiuſmodi delectatio ad uitium ebrietatis, & ſeruare rationis bonum contra ſic delectabile, ſobrietatis eſt. Probatur uero diſtinctio ſpecifica uirtutum abſtinentiæ & ſobrietatis ex formali diſtinctione impedimẽtorum rationis. Nam alterius rationis eſt delectabile ex immoderantia ſua impediens rationis bonum, & alterius rationis eſt delectabile ex eo, quòd eſt ratio fumoſitatis impediens rõnis bonum. Nec oportet probare hæc eſſe de mente authoris: quoniam in articulo hoc, & ſpecialiter in reſpo[...]
clare patet hanc eſſe doctrinam eius.

¶ Ad primã ergo obiectionem in oppoſi[...] ſtinctio ſobrietatis ab abſtinentia non eſt ſ[...]ria. & cum dicitur, Si homo eſt abſtinen[...]

abſorbendo eam per immoderantiam delectationis: & quantũ ad hoc communiter circa cibũ & potum eſt abſtinentia. Sed potus inebriare valens, impedit ſpeciali ratione, vt dictum eſt, * & ideo requirit ſpecialẽ virtutem.

Ad II. Dicendum, ꝙ uirtus abſtinentiæ non eſt circa cibos & potus, inquantum ſunt nutritiua, ſed inquantum impediunt rationem: & ideo nõ oportet ꝙ ſpecialitas virtutis attendatur ſecundum rationem nutritionis. G

Ad III. Dicendum, ꝙ in omnibus potibus inebriare valentibus eſt una & eadem ratio impediendi rationis uſum: & ſic illa potuum diuerſitas per accidens ſe habet ad uirtutem: & propter hoc, ſecundum huiuſmodi diuerſitatem uirtutes non diuerſificantur. Et eadem ratio eſt de diuerſitate ciborum. H

ARTICVLVS III.

Vtrum uſus uini totaliter ſit illicitus.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur ꝙ uſus uini totaliter ſit illicitus. Sine ſapientia enĩ non poteſt aliquis eſſe in ſtatu ſalutis. dicitur enim Sapient. 7. Neminem diligit Deus, niſi eũ, qui cum ſapientia inhabitat. & infra 9. Per ſapientiam ſanati ſunt quicunque placuerunt tibi a principio: ſed uſus uini impedit ſapientiam. dicitur enim Eccleſ. 2. cogitaui abſtrahere a uino carnem meam, vt transferrẽ animum meum ad ſapientiam. ergo potus uini eſt vniuerſaliter illicitus.

¶ 2 Pręt. Apoſtolus dicit ad Romanos 14. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere uinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur: ſed ceſſare a bono uirtutis eſt uitioſum, & ſimiliter fratribus ſcandalum ponere. ergo uti uino eſt illicitum.

¶ 3 Præt. Hieron.* dicit quòd uinum cum carnibus poſt diluuium eſt dedicatum: Chriſtus autem uenit in fine ſæculorum, & extremitatem retraxit ad principium. ergo tempore chriſtianæ legis uidetur eſſe illicitum uti uino.

SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit 1. ad Timoth. 5. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico uino utere propter ſtomachum tuum, & infirmitates frequentes. & Eccl. 31. dicitur, Exultatio animæ, & cordis uinum moderate potatum.

RESPON. Dicendum, ꝙ nullus cibus, uel potus ſecundum ſe conſideratus eſt illicitus, ſecundum ſententiam Domini dicentis Matt. 15. Non qđ intrat in os coinquinat hominẽ: & ideo bibere uinum, ſm ſe loquendo, non eſt illicitum. Poteſt tamen reddi illicitum per accidẽs, quandoq; quidem ex conditione bibentis, qa uino de facili læditur, vel quia ex ſpeciali uoto obligatur ad uinũ non bibẽdum: qñq; autem ex modo bibendi, qa ſcilicet mẽſurã in bibẽdo excedit: I

dicimus, quòd utraque uirtus eſt circa delectabile [...] ſecundum diuerſas rationes, ſecundum quod [...] bilis natus eſt diuerſis rationibus impedire [...] declaratum eſt. Ex quibus patet, quod [...] diſtinguenda a gula, ſed ſobrietas eſt abſtinentia [...] ſum eſt, quod abſtinentia ponatur utrique [...] poſitum utrique uitio. Ponit enim [...] in potu, ſed non ponit rationem expedi[...] ut eſt ratio fumoſitatis, ſed ſolummodo a po[...] K cundum ſe.

Super Quæſtionis centeſimæ quadrageſimæ [...] Articulum tertium.

IN articulo 3. eiuſdem quæſtionis in reſponſione [...] aduerte, quòd Martinus ubi ſupra, [...] nio Thomæ dicentis, quòd licet ad [...] quantum ſufficit ad ſalutem, non exigatur [...] uino: ad acquirendum tamen eam [...] ctionis gradum, requiritur in aliquibus [...] neant, niſi uelit ſaluare per hoc quod [...] ditiones quarundam perſonarum, & [...] tur mihi, quòd uſus ſobrij uini nocet [...] ſapientiæ.

¶ Ad hanc ſiquidem Martini obiectionē non oportet reſpondere, tum quia litera clare dicit, ſecundum conditionem perſonarum, & non dicit abſolute, quòd potus vini impediat a perfecta ſapientia. Vnde hoc non eſt ſaluare doctrinam, quaſi periclitantem ut argnens ſonat, ſed ſua obiectio eſt manifeſta diuiſio contextus: tum quia etiam ſi author non ſubiunxiſſet illa uerba, Secundum conditiones perſonarum &c. ex quo dixerat, ꝙ hoc requiritur in aliquibus, ſatis ſe præſeruauerat ab uniuerſaliter, & communiter. Prodeſt ergo acquiſitioni ſapientiæ perfectæ abſtinentia a vino aliquibus, quibus ſcilicet abſtinere a uino eſt bonum ſupererogationis, ſicut ieiunium, & alia huiuſmodi. Et per oppoſitum talibus non abſtinere a uino nocet, ſicut non ieiunare, q̄a impedit progreſſum ad perfectam ſapientiam, qua beati pacifici, qui filij Dei vocabuntur.

¶ *Super Quaeſtionis 149. Articulum quartum.*

IN articulo quarto eiuſdem queſtionis dubium occurrit ex eo, quòd non bene ratio, quare ſenibus, epiſcopis, & regibus, ſpecialiter indicitur ſobrietas magis, quā iuuenibus, & mulieribus aſſignatur: quoniam iuuenibus, & mulieribus opus eſt ſobrietate & propter concupiſcentias, & propter finem, ſ. operationem: ſenibus autem propter operationem tantum. male ergo uidetur diſtinctio iſta rationū aſſignata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diſtinctio, & ratio eſt optima, ſi formaliter intelligatur. Communis neceſsitas quippe ſobrietatis in omnibus eſt, ꝓpter communem operationem rationis, ſcilicet propter uſum rationis, ut patet ex ipſa ſobrietatis natura. Sed loquendo de

Quandoq; autem ex parte aliorum, qui ex hoc ſcandalizātur.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ſapientia poteſt haberi dupliciter. Vno modo, ẜm modum cōem, prout ſufficit ad ſalutem: & ſic non requiritur ad ſapiētiā habendum, ꝙ aliquis a vino omnino abſtineat, ſed ꝙ abſtineat ab immoderato vſu uini. Alio modo, ẜm quendam perfectionis gradū: & ſic requiritur in aliquibus ad ꝑfecte ſapientiā percipiendam, ꝙ oīno a uino abſtineant, ẜm conditiones quarundam perſonarum, & locorum.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ Apoſtolus non ſimpliciter dicit bonū eſſe abſtinere a uino, ſed in caſu, in quo ex hoc aliqui ſcādalizantur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Chr̄s retrahit nos a quibuſdā, ſicut oīno illicitis: a q̄buſdā vero ſicut ab impedimentis ꝑfectionis. Et hoc mō retrahit aliquos a vino p̄p ſtudiū perfectionis, ſicut a diuitijs, & aliis huiuſmodi.

Articvlvs IIII.

Vtrum ſobrietas magis requiratur in maioribus perſonis.

AD qvartvm ſic proceditur. Vr̄ ꝙ ſobrietas magis requiratur in maioribus ꝑſonis. Senectus enim excellentiā quādam homini præſtat, unde & ſenibus honor & reuerentia debetur, ſecundum illud Leu. 19. Coram cano capite cōſurge, & honora ꝑſonam ſenis: ſed Apoſtolus ſpecialiter ſenes dicit eſſe ad ſobrietatem exhortandos, ẜm illud ad Tit. 2. Senes, vt ſobrij ſīt. ergo ſobrietas maxime requiritur in excellentioribus perſonis.

¶ 2 Pręt. Epiſcopus in Eccleſia excellentiſsimum gradū habet, cui per Apoſtolū indicitur ſobrietas, ẜm illud j. ad Timoth. 3. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem &c. ergo ſobrietas maxime requiritur in perſonis excellentioribus.

¶ 3 Præt. Sobrietas importat abſtinentiam a vino: ſed vinum interdicitur regibus, q̄ tenēt ſummum locum in humanis rebus. cōceditur aūt his qui ſunt in ſtatu deſolationis, ẜm illud Proue. 31. Noli regibus dare vinum. & poſtea ſubdit, Date ſiceram męrentibus, & vinū his qui amaro aīo ſūt. ergo ſobrietas magis requirit̄ in excellētioribus ꝑſonis.

A Sed contra eſt, quod Apoſ. dicit j. ad Timot. 3. Mulieres ſimiliter pudicas, ſobrias &c. & ad Tit. 2. dicitur, iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint.

Respon. Dicendum, quod virtus habet habitudinē ad duo. Vno quidē modo, ad contraria vitia quę excludit, & cōcupiſcētias quas refręnat. Alio mō, ad finem, in quem perducit. ſic ergo aliqua virtus magis requirit̄ in aliquibus duplici rōne. Vno modo, quia in eis eſt maior pronitas ad concupiſcentias, quas B oportet per virtutem refręnari: & ad uitia, quę per uirtutem tolluntur: & ſecundum hoc ſobrietas maxime requiritur in iuuenibus, & mulieribus, quia in iuuenibus viget concupiſcentia delectabilis propter feruorem ętatis: in mulieribus autem non eſt ſufficiens robur mentis ad hoc, ꝙ concupiſcentijs reſiſtant. Vnde ſecūdum Valeriū Maximū, * C mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vinū. Alio uero modo, ſobrietas magis requiritur ī aliquibus, utpote magis neceſſaria ad propriam operationem ipſorū. Vinum aūt immoderate ſumptū pręcipue impedit uſum rationis: & ideo ſenibus, in quibus ratio debet uigere ad aliorum eruditionē, & ep̄is, ſeu quibuslibet Eccleſię miniſtris, qui mente deuota debēt ſp̄ualibus officiis inſiſtere, & regibus, qui ꝑ ſapientiā debēt populum D ſubditum gubernare, ſpecialiter ſobrietas indicitur. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad obiecta.

Qvaestio CL.

De ebrietate, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandū eſt de ebrietate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

E ¶ Primò, Vtrū ebrietas ſit pc̄tm̄.
¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum mortale.
¶ Tertiò, Vtrum ſit grauiſſimū peccatorum.
¶ Quartò, Vtrū excuſet a pc̄tō.

Articvlvs primvs.

Vtrum ebrietas ſit peccatum.

AD primvm ſic proceditur. Videtur quòd ebrietas non ſit peccatum. Oē enim peccatū habet aliud peccatū ſibi oppo-

diuerſis conditionibus, & ſtatibus perſonarum ſecundum ſibi propria: ita quòd in iuuenibus, & mulieribus conſiderentur & propriæ operationes, & concupiſcentiæ, & ſimiliter in aliis, ſ. ſenibus, regibus, & epiſcopis, tunc formaliter loquendo, iuuenibus, & mulieribus eſt neceſſaria ſobrietas ꝓpter concupiſcentias, & uitia. Nam his ſeclusis, nulla eſt operatio iuuenis ut ſic, aut mulieris ut ſic, quæ exigat ſobrietatem ſpecialiter: quoniam nulla talis operatio exigit excellentiam puræ mentis. In ſenibus autem, epiſcopis, & regibus, ſeclusis concupiſcentiis, quia propriæ eorum ut ſic operationes exigunt mentis puritatem excellentem propter eorum officia, ut patet in litera, ideo ex hac parte egent ſobrietate. Obiectio autem in oppoſitum procedit de operatione communi omnibus, ſcilicet, uti ratione. Sermo autem præſens eſt de operatione propria conditionum, & ſtatuum.

Lib. 2. ca. 1. in tit. de uſu uini mulierib⁹ interdicto.

¶ *Super Quaeſtionis 150. Articulum primum.*

IN articulo primo quæſtionis centeſimæquīquageſimæ circa ſignificationem ebrietatis, nota conditiones primi ſignificati, quia defectus rationis non abſolute, ſed ut cauſatus ex multo uino potato, ſignificatur nomine ebrietatis primo modo, & quòd ſic non eſt nomen culpæ, ſed pœnæ ex culpa, Vbi appellatione uini intelligitur omne potabile inebriatiuum, ut ceruiſia. Intelliguntur eñ ſecundario ſub principali, ſicut etiam ſūt adinuenta ad ſupplendum principale. Et propterea debentes abſtinere aliquo die a uino, tenentur etiam abſtinere a ceruiſia. Sumitur enim loco uini. Et quoniā uinum cauſare poteſt aliquid, potatum, uel

Mal. q. 14. ar. 4. ad 2. & ad Ti. 2. le. 1. fi. & 3. Eth. lec. 11, fin.

non